

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**[Materialien zur Rechtsgeschichte der Stadt Bremen]
[CIM I 102]**

[Bremen], [17. Jahrhundert]

[Sechstes Kapitel]

[urn:nbn:de:gbv:45:1-90089](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-90089)

Capit. 6.

De territorio et praefecturis,
quas Civitas extra muros habet.

Dictum est de urbis exaedificatione
et munitione, et qua civitas antiquitus
usa fuerit, et etiam nunc utatur gubernationis
formae.

Dicendum igitur nunc est de eius territorio,
cum in praesentia cuiusque gentis et Reipublicae
excellencia cognoscenda spectari debeant
imprimis ^a Leges Imperium libertas.

^a Grimald. d. loc.

Non est autem moenibus, et numero Civitatis
inclusa, sed habet proprium suum territori-
um. Quale autem quantumque id primis
quidem temporibus fuerit, Annales non
produunt. Sequentibus vero saeculis et cre-
visse et decrevisse historia clare testatur.
Nec vero unico tractu est definitum sed
interjacent tam Archiepiscopi terra quam

nobilium et militarium in agris passim de-
gentium ditiuncula.

Circum Bremam ad miliare fere in Circu-
itu, ut diameter contineat duo miliaria
cujus centrum urbs ipsa, quatuor sunt pra-
fecturae. Via Helandica ad meridiem trans
visur surgim pinguiissima gleba, ideoq ferti-
lissimis agris et pascuis latissimis abun-
dans, continet Parochias tres, pagos tre-
decim: Etsi vero incolarum quidam
Comitibus in *Dalmansdorf* frumentum
annuum pendere soleant, vulgo *Borsdorf*,
id tamen nihil cum jurisdictione et imperio ha-
bet sed dubio procul pro singulari protectio-
ne, quam incolae a Comitibus olim pacti sunt,
rependitur: Id enim nominatim de Huchtin-
gensibus probant tabula, Anno Millesimo,
quadringentesimo Sexagesimo sexto
Signatae.

7
Communian

tribus et pagis novem. De Praefectura
 Werderlandica memorabile hoc est, quod
 cum ea Anno Millesimo, Trecentesimo,
 Octuagesimo octavo Postridie Agnetae Otto
 Comes in Dolmhusst, Solemiter Pactus
 est, si quid litis inter se, et incolas Werder-
 landiae, eorumque vicinos in Lubmumbroeda,
 incidat, tum se id juris cognitioni coram ju-
 dicibus Werlandiorum permissurum.

Praefectura Werderlandica quaedam
 sequela est agger Dorgensis Dorgdam vel
 Dam zu'm Bony, de quo olim controversia
 Civitati fuit cum obbone Archiepiscopo,
 ut apparet ex transactione Anno Millesimo
 Trecentesimo Nonagesimo Sexto obsignata,
 ac variis exptionibus comparatus est.
 Annis. 1388. et 1395. à militaribus
 D. Mansell sive Radingen, et Annis
 1472. 1483. 1489. à militaribus

Quigru Werderlandicis juncti Pagi
Walla et Buxsling.

Qui his autem Praefecturis ex Senatu
praeficiuntur, aut iudices, aut quod per
inde est Gogravii appellatur, quem titu-
lum vicini olim non tantum nobiles, Sed
Comites Delmenhorstenses, Diepholdenses,
Broeckhusenses, aliq. à Senatu ad certos annos
acceptare non erubuerunt de quo exstant
ut loquimur, litera res reversales Hal-
nis Blankenhorst de Anno Millesimo
Trecentesimo Trigesimo quinto, Ottonis
Comitis in Delmenhorst de Anno Millesimo
Trecentesimo Octuagesimo Primo, Hen-
rici Comitis in Aluum Buxsling de
Anno Millesimo, Trecentesimo Vigesimo
octavo, et Comitis Nicolai cuius, aliud
nomen non exprimitur, de Anno Millesimo
Quadragesimo Decimo Tertio

Hinc deinde interfacent Nobilium aliquot di-
 tuncula ad militare, et paulo amplius versus
 occasum, quas excipit Arx Bremensium Dlu-
 mshall.

De Plumenthal exstat tabula Arnoldi à
 Weihe Equitis, qua is Anno Millesimo, Qua-
 dringentesimo Decimo octavo die Cecilia,
 Senatui stipulanti spondit, arcem suam
 Plumenthal Bremensium usibus semper
 apertum iri. Eisq; se, si iuri velint causam
 subicere: quae usitata fuit apud majores
 confederationum clausula. In bellis, et
 adversa fortuna praesto semper futurum
 et se si convenire velint, venturum in ur-
 bem, aut praedium urbi vicinum. Quae Baro-
 post et quod ipsi decreverint, id ratum ha-
 biturum. Postmodum apparet possessionem
 ad Militares seu Nobiles a Doms devolu-
 tam fuisse, inter quos et Bremensem Senatium
 de proprietate contentio incidit, arbiterg

ejusq; filio Doctori Erico Consulibus, ob operam,
quam Reipública, ille in expeditione Gensi,
et legatione Ratisbonensi, hic Advocando
alijsq; studiis navarunt, utendam fruendam
permisit.

Blumenthalum excipit Praefectura N. u.
hinsensib, de qua parum absuit, quin Archie.
piscopi nobis litem intulerint, a militibus.
de Stalle ad civitatem delatam esse universae
docent litera annis 1469. 1471. 1477. 1484.
obsignata. Et cum Fickensoldii de parte
aliqua in R. u. Senatui litem moverent,
arbiter partium consensu electus est
Archiepiscopus Johannes, qui testatum
fecit literis Anno Millesimo quadringen.
tesimo Septuagesimo octavo Senatui datis,
Fickensoldios emansitasse, et litem dese.
ruisse.

Reliqua Praefectura usq; ad Gestam flu.

viūm vel militariūm sūnt, vel Archiepiscopi,
 ūltra gestam est forūm *Leip.* ad visūrgim
 Glebæ pinguisimæ quæ cūm reliquō tractū
 subiectā Civitatis arcis *Bederkossanae*, non
 tantūm vallo et fossa, sed etiam armamen-
 tario cūm perpetuo presidio contra vicini-
 rūm incursus praesertim *Wursatorūm* fidem
 malè observantiūm munita.

Praefectura haec sub se habet parochias septem
 pagos circiter novendecim. Certūm est,
 eam nomen *Baronia* /: *sinus Gumpseff* /
 eig ūl etiam nūc omni modam iurisdictionem
 /: *Dub gumpste sögest und minden* /:
 annexam fuisse At Civitas eo nomine, ante
 quam quicquid eam possidere inciperet, mo-
 lestiarūm plurimūm sustinuit, nūc ab
 Archiepiscopis, nūc a Ducibus *Saxoniae*
Leoburgicis, nūc etiam à militibus de
Bederkesa /: quibus etiam equitūm

nomen tribui solebat: item militibus de
 Elma et Lith. Plurimum autem antiquitus
 fuisse, obscurum non est illud vero obscurius,
 quia eorum partes aut iura fuerint Albertus
 enim Archiepiscopus Anno Millesimo tre-
 centesimo Septuagesimo quinto partem,
 quam in ea habuit Christianus de Lith
 precario ab eo ad triennium accepit: iuris
 etiam aliquid Ducis Saxoniae Leoburgicos
 in eo pretendisse apparet. Milites de
 Bederkesa hic non parum possedisse praeter
 Kranziūm^a ipsum nomen et Prosapia com.^a
 probant. Fuit autem tanta horum po-
 tentia ut a portu Martae Wursatiam invalisse
 soepiusq; cum eis coneglasset,^a et Hadelerios
 in fide Burchardi Episcopi: Nam olim Ha-
 deleria ad Comitatum Lesmonensem per-
 tenuit: b/ continuisse legantur. c

^a Metrop: lib: 9.
 cap: 53.

^a Abbas Staders: fol:
 222. Histori: Archiep:
 Brem: quae prodit ex
 Bibliotheca Rantzov.
 qui dignat: imp.

^b Abb. Staders: fol. 129.

^c Rantz: d. c. 38.

Sub annum Millesimum trecentimum

Bunting: in Chron:
Brunsvici: pag. 2.
fol. 23.

Septuagesimum tertium et sequentes, intercessit
bellum Civitaticum Alberto Duce Luneburgensi,
deiusq. quibusdam Clientibus, et foederatis mi-
litaribus; bello causam dedisse ostendit temporum
Series, quod templi Cathedralis Decanus Nico-
laus a Zesterfleeth Albertum Archiepiscopum
Hermaphroditum esse in vulgus sparserat, et
civitate ejectus, post a suis ipsosq. Principe
Luneburgensi adjutus, Diacesi et Civitati
Bremensi plurimum molestiae creabat.
Postquam ergo Civitas hos suos hostes coercuisse
dimidiam Dederkesæ partem. si Buntingo
credimus. a Duce Luneburgensi Alberto,
vel potius ut nobis videtur, et in Chronico
Bremensi Annotatum est, a militaribus de
Dederkesa Ducis belli sociis obtinuit.

Anno Millesimo trecentesimo octuagesimo
Secundo Civitas Dederkesana Praefectura
dimidiam domino Derihardo à Dapannu-
bungh, vicario Archiepiscopatus Bremensis,
et Praeposita Hamburgensi, et rursus

Lappis militibus Anno 1388. et Conrado de
 Cönninck anno 1390. demum Archiepiscopo
 Othoni, anno 1396. administrandam Commisit,
 quo nomine pro Archiepiscopo à nonnullis
 ministerialibus seu nobilibus eodem anno
 Solemnis fidejussio interposita fuit, post lapsum
 annorum, de quibus convenerat, et factam re-
 stitucionem 7000. marcarum quæ Archiepis-
 copus erogarat, Bederkesam Senatui resti-
 tutum iri. At cum post obitum Othonis
 Successor ejus Johannes Dylmbe Senatus
 restitutionem recusaret Senatus Bederkesam Anno
 1404. coram quibusdam ministerialibus
 et consilibus Civitatum Stadae et Buxte-
 hude, et anno 1411. quando etiam de te-
 loniorum immunitate disputatio incidit:
 imprimis vero post annum 1412. coram
 Erico Comite ab Hoyja, tanquam mutuo parti-
 um consensu electis arbitris repetuit: utriusque
 pro Senatu frustra promittarunt: tandem
 res eodem anno 1412. in hunc modum

composita et transacta est, ut penes Johannem Archiepiscopum, quoad viveret, Dederkosa maneret, ejus tamen officiales, qui in arce, Senatu i. s. uti fecit eodem anno 1420. Otto von Doms. i. Sacramento obligarentur, eo autem mortuo Dederkosa ad Civitatem reverteretur.

Fallitur autem Crantzius, quando scribit, de eo tantum Civitati cum Archiepiscopo Johanne negotium fuisse, quomodo dimidia Praefectura emptionem ab eo impetrarent, aliter sua dimidia adjicerent. Non enim emptio, quae voluntatis est, sed vis inter eos intercessit, et ad arma ventum fuisset, nisi causa fuisset intercepta et transacta, et ut admittatur Praedecessori Johannis tantum dimidium Praefectura à Bremensibus initio concessum; ex quo tamen de restitutione disputari coepit, apparet totam Praefecturam in tractationem venisse. Caterum Archiepiscopus transactioni quidem.

quidem, ejusq; successores et quos nominavimus
 officiales, steterunt, at vivo Archiepiscopo,
 et durante ejus administratione, anno nimirum
 1434. Duces Saxoniae Leoburgici litem Sena-
 tu interlarunt, eumq; per multorum Regum, Prin-
 cipum, Comitum, et Civitatum literas sollicita-
 runt, ut Bederkossa ipsis cederet.

Quod ubi Senatus recusavit, armis tractari
 res coepit, et utraq; pars militem conscripsit,
 et Senatus inter alios Comitem Guntherum
 a Dismantzbung anno 1435. ducem militiae
 cooptavit, et sibi obligatum satis diu retinuit,
 ut ex Apochis diversis de anno 1484. opera
 et interventu Johannis Brandenburgici,
 et Henrici Schwartzburgici Archiepis,
 copi Bremensis et Monasteriensis in
 transactionem itum est, convenitq; ut arma
 utring deponerentur, et causa juri commit-
 teretur. Quamvis autem id utriq;
 approbassent et anno 1499. Senatus cum



Duce Johanne de quibusdam feudis, vulgo
 Dornsteden, transegisset eoque bona spes esset,
 rem totam conventionem aut jure transactum
 iri: tamen ex eo ad arma reversum est,
 qui Dux anno 1500. cum Nicolaus ab
 Horn Dederkossam nomine Senatus teneret,
 eam incauto eripuit, et controversiam,
 qua Archiepiscopatus de Würsatia a
 Ducibus moveri solita est, renovavit:
 Sed effecere rursus Henricus junior, et
 Ericus Duces Brunsvicensis eodem anno
 1500: ut ab armis utringue abtineretur, et
 causa juri committeretur, ex quo lis in Cam-
 era instituta est. Donec Franciscus Saxonie
 Dux Senatus Anno 1567: quemadmodum
 etiam quo ad Würsatiam Archiepiscopatus
 ultro cesserit, litig et causa renuntiavit,
 et Cessionem et renuntiationem Caesar
 Maximilianus ad petitionem utriusque
 partis confirmavit: Ducis filius ejusdem

cum patre nominis, qui nunc Leoburgo praest,
 offi cum Dederkossae nomine de investitura
 apud Casarem contra pactum patris repeten-
 da meminimus laborasse: tamen Cessionem
 et transactionem patris non obscure meo ju-
 dicio comprobavit, quando Anno 1590 de
 Capacitate aquae ductus, quo rivus arve a
 finibus Dederkossanis in Hadeleriam de-
 fluit, cum Senatu transegit, et Dederkos-
 sam jurisdictionis Bremensium esse, verbis
 saepius repetitis professus est: quod etiam
 hoc anno 1602. nono Januarii die factum,
 quando Senatus Petrum Wijnmanni
 Ducis subditum, latronem duci reddidit,
 ipse autem solemnibus literis, id jurisdic-
 tioni Civitatis Dederkossanae fraudi non
 fore cavet.

Demum quod attinet ad militares de Deder-
 kosa, Elma et Lij. Unus ille Bernhardus

a Dufanumbonyk, cuius paulo ante mentio
 facta est anno 1386. die Bonifacii Archie-
 piscopatús nomine cum Senatu foedus percussit,
 et inter illos convenit, se conjunctis nempe
 Archiepiscopatús et civitatis viribus, mi-
 litares de Ilma et Lill, et Lüneburgan-
 ti ad Bederkossanos enim negotiúm initio
 non pertinuisse apparet, / tanquam alicujus
 latrocinii reos et perduelles, ferro et armis
 oppressuros, eorumq; bona, ubi victoria potiti
 essent, ita inter se partituros, ut quod
 Elmiorum et Lithiorum esset, totum Ci-
 vitati, quod vero Lünebergiorum Archie-
 piscopatui cedere, Lünebergici tamen
 officiales et subditi Bremensibus fide de-
 vincti esse deberent. Cui pactioni
 successum non defuisse apparet ex aliis ta-
 bulis, quae inter eundem Dominum Bernhar-
 dum et Senatum eodem anno 1386. die
 Mauritií confecta, imprimis ex arcis

Elma excisione, et recognitione militarium
 de Dederkossa, Elma, et Lith, quibus anno
 1387. Crastino Johannis ante portam Lati-
 nam profitentur se eo nomine a Scharwen-
 burgico et Senatu debellatos terras suas
 et bona a Senatu in feudum accepisse.

Sequentibus deinde temporibus familia de
 Dederkossa et de Elma extincta sunt, ex
 quo eis Carteri de Lith successerunt, et hujus
 Republica beneficiarii sunt, et Senatu
 fidelitatem, seq coram eo iuri staturos, pra-
 sertim si horum bonorum feudaliu nomi-
 ne conveniantur, jurant.

Hactenus de ipsa Praefectura Dederkossa,
 na, de foro Leha, qua ut ante dictum est
 ejus est pertinentia: id enim probatur
 ipsa notorietate, et tabulis anno 1536-
 a Senatu et incolis fori obsignatis.
 Non parum certaminis movit Christophorus

Archiepiscopus, quando anno 1526. incolae
 coepit ipsi se submittere, et ad viginti aure-
 orum annuorum solutionem, pariaq. cum
 ceteris ipsius subditis servitia obligare,
 nisi: quod Senatus prius non parum firmat.
 eares archi Dederkossa fraudi foret, quem
 admodum de eo prolixius disponunt tabu-
 lae ab Archiepiscopo desuper foro datae, et
 ab incolis nuper admodum Senatui tradita.

Sed Senatus turbationem hanc Archie-
 piscopi implorata Caesaris et imperialis
 Camera auxilio Advocatisq. Henrico Junio
 re Brunsvicensi Duce Archiepiscopi fratre,
 et ordinibus Dioeceseos facile rescidit,
 effecitq. ut sponderet anno 1531. Chris-
 phorus, se Lehenes aliosq. Civitatis Bre-
 mensis subditos imposterum nulla re tali
 oneraturum, Lehenes vero tabulis memo-
 ratis Anno 1536. se in fide Senatus Bre-

ensis, cui antiquitus obstructi fuerint, per-
mansuros, et 28 aureos annuos gratitudinis
loco exsolutores,

Non ignoramus etiam Comites oldenburgicos
aliquid in Leham juris jactitare, sed quam
id vanum sit, et nullo jure munitum, ex eo fa-
cile colligitur, quod quemadmodum nunc, ita
etiam antiquitus certi tantum fuerint redditus
et pensiones ex Leha comitibus Oldenburgicis,
eorumque predecessoribus comitibus in Stotel
debita, quae Senatui Bremensi, ut diversa
probantur tabulae obligatae fuerunt. Certo-
rum autem reddituum perceptio nihil habet
commune cum jurisdictione, imperio aut superioritate.

Neg difficultatis quicquam creare potest
quod civitas eodem tempore tenuit redditus
illos Lehenses, quo Chytræus scribit Comitem
Christianum, cum Bremæ Captivus detineretur.

non prius fuisse dimissum, quam terram Würdensem
 In manus Civitatis traderet. Nam
 etsi uno eodemq; anno nempe 1407. de Capti-
 vitate transactio, et de terrâ Würdensem, ac
 redditibus Levensibus pactio interposita sit.
 diversa tamen sunt tabulae, quibus illa com-
 prehensa nec negotium unum cum altero quicquam
 quam habet commune. Praeterea sunt terra
 illa Würdensis, et redditus illi Levenses Civita-
 tati tradita non donum sed pignoris iure, pro
 mutuo datis 2000. maris, quemadmodum etiam
 ante annum 1350. eadem omnia bona, nempe
 terra illa Würdensis, et certi Comitum redditus
 quos in Leha habent, civitati pro. 800. florenti
 obligata fuerunt, ut tabulis eo anno signatis
 demonstrari facillimo potest.

Nihil hoc loco dicimus de amissa Frisia
 statlandorū et Dütjadorū suo tamen
 loco ob alias causas minime prateriendas

Omittimus hoc quoque loco praefecturas quae

olim Civitas pignoris jure tenuit, ut pote arcem
 et Baroniam Stotelensem s: *Sancti Dastell*:
 de qua exstant tabulae Alberti Archiepiscopi
 annis 1362. 1366. et 1375. et Christiani
 Nagels, quem arce Civitas praefecit, ob signata
 rursus anno 1426. cum arcem teneret Henricus
 a Lith, et Bremensium naves in visurgi vexas-
 set, a arx a Bremensibus occupatur, ei³ fratres
 Naglii anno 1429. praeficiuntur, et anno
 1435. Daniel Brand, cum ante quem
 quemmiu^m, nempe Anno 1430. Civitas cum
 Lithiis transegisset. Pari ratione et
 jure Civitas cum Capitulo tenuit Wildeshu-
 siu^m, de quo exstant tabulae Alberti Archie-
 piscopi anno 1370. et quorundam praefecto-
 rum militariu^m *De sagru* anno 1379.
 1389. et 1395. signata.
 Et rursus Brema cum Civitatibus Stada
 et Duxtehuda Hamburgum, ut docent
 literae Complures anno 1440. ob signatae

De Præfecturis et dominiis Civitatis Coronidis loco addendum, eas a Civitate jure territorii ab Archiepiscopi territorio diversi possideri, Civitatemq homines, in præfecturis suis degentes pro subditis suis habere. Quando enim Johannes Davaria Dux, electus Episcopus Leodiensis, et foederati, anno 1411. cum Archiepiscopo et Civitate Bremensi de discordiis, quæ inter illos fuerant, transegerunt; Transactionem enim esse scribitur, pro ipsis eorumq civibus ac subditis, ut appellentur præfecturæ in publicis Diæceseos recessibus, qui annis. 1531. et 1544. facti sunt territorium Senatûs s. Inb Rast zu Br. Et paciscuntur anno 1549. Archiepiscopus Christophorus et Senatus quando litem Camera ob impetrationem Cæsareorum privilegiorum civitatis institutam suspendunt, quomodo se alter adversus alterius subditos gerere debeat.

Idem repitit Joh. Fridericus Archiep: hoc anno 1602 mense Jul: quando respondit Senatui de quibusdam turbationibus in Præfectura Bederkopsa na loco zur Stadtgrist factis, utitur enim dexte verbo territorii.

qui annis. 1531. et 1544. facti sunt territorium Senatûs s. Inb Rast zu Br. Et paciscuntur anno 1549. Archiepiscopus Christophorus et Senatus quando litem Camera ob impetrationem Cæsareorum privilegiorum civitatis institutam suspendunt, quomodo se alter adversus alterius subditos gerere debeat.

Merito igitur Caesar Corolus .5. amo .1541.
 .5. Julii Praefecturas nominatim Imperatoria
 auctoritate confirmavit, ut libere eas non
 minus, quam Civitatem ipsam gubernet, et
 administret, ubi enim iura meri et mixti im-
 perii separata sunt, ibi quoque separata sunt
 territoria, b cum ubi jus est terrendi et sub-
 movendi ibi quoque sit territorium, a et castra
 atq loca in alterius territorio et Diocesi
 sita sint magis in eius territorio
 vel Diocesi, b quam de territorio vel
 Diocesi, et castra vel loca in alterius terri-
 torio non comprehensa sed exempta, c sint
 paria esse extra territorium vel locum
 exemptum d. Neq quicquam impedit,
 quod subditi civitatis, in aestimum sive
 catastrum Diocesanos relati sunt, Possunt
 enim quaedam singularia superioritatis iura d
 competere, non universalis subjectionis lege
 sed vel pactione vel praescriptione et consuetu.

b Nicol: Eberhard: conf. 10. quod est in
 Secunda parte consil:
 Johan: Borcholten
 a Simi Pistori. Secunda
 parte confid: Modest: Pistoris
 n. 52. per. l. pupillus. s.
 territorium. ff. de. v. 5.
 c Cephalus consil: 418.
 m. 24. lib: 3.
 d cum Episcopus, ubi
 Glossa de offic: ordin:
 in. d. Johan: And: in c. r.
 de const: in d. Petr: de
 Anchor: in repetit. in c
 propter tua debita de
 rese: in. d. Aug: in conf:
 233 quaedam domina
 Margareta. ff: in defini:
 de jurisdictione, iudi:
 e. Si propter de reb:
 Petr: de luctor: conf:
 237. n. 3.